



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 5. Et abiit & locutus est cum principibus Sacerdotum & Magistratibus  
quemadmodum traderet illum. v. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

ne quandoque reuelentur peccata mea grauia & confundat coram omni populo Dei. Tu Iesu potentissime qui dixisti qua hora conuersus fuerit peccator omnium iniuratum eius non recordabor, da gratiam ut in reuelatione illa extrema iudicij non confundar. Timeam nunc, ut non timeam tunc.

*§. 4. Intradit ausem Satanus in Iudam qui cognominabatur Iscaristes vnum de duodecim. v. 3.*

Quia miserat diabolus iam sagittas avaritiae & impietatis in cor Iudea, quas improbus acceptauerat tanquam sibi conuenientes, dato consensu iam intravit Satanus in cor Iudea. Iscariotam autem nominat Euangelista cum ut ab altero eo que sancto Iuda Thaddeo illum separet velut scabiosam ouem à sana, ne huic affricetur illius languor: Ischariotes autem dictus videtur ab oppido Ischarioth quod erat in tribu Ephraim, ut loquitur S. Hieron. vnum de duodecim, insinuando si inter duodecim Apostolorum unus inuentus reprobis, sequens diaboli suggestiones, sanè nobis in timore standum est continuo & vigiliam dum ne incautos circumueniat, & ad lapsum similes inducar de quibus auertas nos omnipotens in cuius fide & custodia stamus vermiculi terrae nescientes an odio vel amore digni simus.

*O*mnipotens & misericors Deus vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude, ut mente & corpore pariter expediti quæ tua sunt liberis mentibus exequamur; sed & mentes nostras in prædestinatione tua examinando compesce, ut contenti agere bene, tua iudicia, cur hic stet, alter cadat non examinemus, scientes te esse & patrem misericordiarum, & iudicem iustum.

*§. 5. Et abiit & locutus est cum principibus Sacerdotum & Magistratibus quemadmodum traderet illum. v. 4.*

Pessus à diabolo scilicet Iudas Ischariotes recessit tacens de Bethania, & venit Hierusalem ad concilium in domo Caiphæ, discipuli autem alij manserunt cum Christo in Bethania, non scientes quid Iudas malicius intenderet, quia cum procurator Collegii esset, simpliciter credebat quod ex officio Hierusalem festinaret ut saepius fecerat. Hac vice tamen falso & insidioso gressus direxit in Hierusalem, ut faceret mercantiam pessimam scilicet ut venderet Christum Dominum suum. Et cum intrasset locum ubi erant omnes persecutores Christi in concilio congregati, locutus est cum Principibus Sacerdotum, & Magistratibus quemadmodum vellit tradere eum illis pacta pecunia & pretio, dicens, quid vultis mihi da-

re &c

PASSIO D. N. SECUNDUM LUCAM

¶ & ego eum vobis tradam? Et quid aliud potuit expectari ab eiusmodi homine nisi omne malum quem iem non ratio, non pietas, non honestas sed ipsum regebat diaboli suggestio.

**O** Latro pessime, quis te mercatorem facit non magister tuus, non eius instructio; sed tua avaritia, sed tua maledicta cupiditas. Quis te induxit facere huiusmodi nundinas: nisi tua malitia: quis te induxit premium ponere tuorum mercimoniorum in voluntatem emptorum? cetero non nisi tua falsitas. Omnia ista non didicisti in schola sancta Magistri domini nostri Iesu Christi. Sed docuit te magister tuus diabolus, cuius discipulum te fecisti, qui ex te Apostolo fecit latronem, mira metamorphosi, sed inter Apostatas à fide non infrequenti exemplo, & imitatione.

§. 6. Et gauissi sunt. v. f.

Impij, cum malefacere posse se vident, lætantur, ita hi principes, inimici Christi, in eius ruinam congregati lætabantur de ludz malevolentia, impietate, proditione &c occasione offerente se tam vltroneè, quasi magno bono suo, quæ tamen secura erant magnum malum eorum. Ita sane faciunt omnes peccatores, si furti, si rapinæ, si adulterij, si homicidij in inimicoptrandii spes affulget micant oculi, gestiunt manus, pedibus stare nesciunt.

**D**omine Deus fateor multos ita esse dementes & vecordes, ut cum his principibus gaudeant de occasione malii parrandi, veruntamen scio & expetior multos esse etiam, qui & que imo feruentius gaudeant de occasione boni parrandi, vel bene patiendi oblata sibi. Ita certe faciebant illi Martyrum veteris tum noui orbis qui dolebant, si Martyrij occasio eis periret, gaudebant cum adueniret, in quorum numero est merito recentendala Felicitas, quæ cum tempus martyrij differeretur ei, quod esset grauida, et contristata.

§. 7. Et paceti sunt pecuniam illi dare. v. f.

Expleto eorum iniquo desiderio occasionis ad malum, quid aliud est peccati poterat quam & iniqua cooperatio, & offerentis tam optatz ieiunus compensatio. Itaque pro scelere pessimo, paceti sunt pecuniam dare, ut mercede iniquitatis, & constituerunt triginta argenteos, & sibi habuit Iudas proditor quod queretebat triginta scilicet argenteos, pro trecentis denarijs in coniuicio Bethaniensi sibi præceptis vel elapsis, munificencia Mariæ Magdalena erga Christum de qua iactura conquestus mutaratur.

**A**udio pactum, audio pecuniā, & video personas Ecclesiasticas & veteris & noui Testamenti, aduerto etiam quod de re omnium Sanctissima tempore